



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Constans Defensio, Ex S. Scriptvra, Et Vera Catholica  
Doctrina, Atqve Observatione Vniuersalis Christianæ  
Ecclesiæ Deliberationis de Christiana Reformatione**

**Bucer, Martin**

**Genevae, 1613**

Martinvs Lvthervs Ph. Melancthon S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34315**

M A R T I N V S   L V T H E R V S  
Ph. Melancthoni. S.

**A**NTEquam Ascendisses currum, mi Philippe, per legem tuum hoc scriptū, quantū nec soleo, nec potui iam diu ieiunus legere. Sed fecit hoc quod tribus verbis aliquoties vnam chartam impleueris, literis interim transmissis, alioquin tantum codicem, si mea vel alterius manus esset, vix multis hebdomadis perlustrassem. Et sum recordatus Philosophiae de quatuor caussis. Primo finalis causa summè placuit, quia & hanc Pomeranus eruditè, & copiosè tractat, in 4. cap. ad Cor. Efficiens causam non displicet. Materiali causa compassus sum, scilicet quod tantum papyri absumptum est à te. Sed formalis causa me delectabat, quod in tot litoris, tam modicis verbis, tantas res complexus es. Tibi itaque gratias ago, quod tuo beneficio tantas chartas potui perlegere, ferè uno quartali horæ. Sed sexiò mihi res placet. Nam ut rumpantur omnes, impossibile est Ecclesiam, ylliū temporis, facere idem omnium temporum. Si extra Articulos fidei queratur. Tempora enim necesse fuit, est, erit, mutari cum iis rebus, quæ tempori & locis & personis subiecte sunt, Ecclesia vero intra Articulos fidei, est una simplex perpetua idem, per omnia secula seculorum, vt Paulus dicit, columna veritatis semper sibi simillima, quia scriptum est, & res ipsæ probant, esse vicissitudinis obumbrationem, & transmutationem, in omnibus aliis rebus. Solum apud Deum (qui est Ecclesiae caput) nulla est transmutatio. Verbum autem eius (quod manet eternum) est in Ecclesia, hoc facit Ecclesiam esse semper eandem, sicut ipsum semper est idem. Tantum ut aliis possis (si opus sit) ostendere meam stultitiam, quæ definita sententia dicit, Ecclesiam extra scripturam, seu verbum Dei non posse similem sibi per tempora esse. Quia in hoc casu ipsa quoque subiecta est, non modo transmutationi sed vanitati quoque. Quando & ipsorum Apostolorum vita longè alia est, quam doctrina sicut & nostra & omnium sanctorum ab initio mundi. Quare non secundum vitam vel dicta sanctorum, sed secundum fidem sanctorum omnia sunt iudicanda, id est, secundum verbum Dei, vt Epistola dicit, Quorum intuentes conuersationem imitamini fidem, i. verbum Dei. Saluta omnes nostros, & exerce Dominum Casparem à Deitleben hac figura. Cetera D. Ionas. Sabbatho Innocentum. 1539.

T. M A R T I N V S   L V T H E R V S.

L. MARTINUS LIBRARY

ANNA ZWANZIGER